Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



charisma ut quereret saulum. Quem cum inuenisset adduxit
in antiochiam. Factum est autem totum conuersari sum
in ecclesia. Docuerunt turbam multam ita ut cognomi
narentur primum antiochie discipuli christiani. Graduale. Que sunt te
Designauit dominus. In vigilia sancti iohannis baptiste. lectio
In diebus illis: Factum est verbum domini ad me dicens. Priusquam te formarem in utero noui
te. Ante quam exeres de vulua sanctificauit te. Prophetam
in gentibus dedi te. Et dixi a. a. a. uae deus. ecce nescio
loqui quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli
dicere quia puer ego sum: quoniam ad omnia que mittam te
ibis. Omnia que mandauero tibi loqueris. Ne
timeas a facie eorum quia ego tecum sum ut eruam
te. dicit dominus. Et misit dominus manum suam. et tetigit
os meum. Et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea
in ore tuo: ecce constituo te super gentes. et super regna
ut euellas. et destruas. et disperdas. et dissipes. et edifices
et plantes. Dicit dominus omnipotens. Iuuenis sancti iohannis
Factum est in diebus herodis regis iudee sacer. Lucas
dos quidam nomine zacharias de vice abya et
uxor illi de filiabus aaron. et nomen eius elizabeth.
Erant autem ambo iusti ante deum: incedentes in omni
mandatis et iustificationibus domini sine querela. Et non
erat illi filius eo quod esset elizabeth sterilis. et ambo
processerunt in diebus suis. Factum est autem cum sacerdo
tio fungeretur in ordine suo ante deum. secundum
consuetudinem sacerdotij sorte exiit ut incensum poneret
ingressus in templum domini. Et omnis multitudo erat
populi orans foris hora incensi. Apparuit autem illi